



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Parallelia Geographiae Veteris Et Novae

Parallelia Geographica Italiae Veteris Et Novae

Briet, Philippe

Parisiis, 1649

Nvm. 3. Vmbrorum fines & diuisio.

urn:nbn:de:hbz:466:1-13120

N V M. 3. *Vmbrorum fines & diuiso.*

FINES Vmbriæ antiquæ igitur hi vulgò recepti sunt: ab Occidente Utens Fl. Montone, cum linea ad fontes Tiberis ducta, Tiberis ipse usque ad Naris Fl. confluentias. A Meridie Nar ipse totus ad suos fontes in monte Fiscello Monte Visso. Ab Oriente linea producta ad medium Æsis fluuij Fiumecino, & reliqua pars Æsis ad mare. Denique à Septentrione mare superum, aut Hadriatici sinus pars.

DIVISIO apud Ptolemaum legitur in Olumbros, & Vilumbros: ex urbium autem positione si unam excipias inuenio Vilumbros trans Apenninum esse, Olumbros cis Apenninum, quæ diuisione utrumque quia methodica, licet eam Cluuerius improbet.

§. 2. *Geographica Vmbrorum descriptio.*

N V M. 1. *De Vilubris, seu Vmbriâ trans Apenninum sitâ, partie de la Romagne, de la Romaigne Florentine, la pluspart du Duché d'Urbino, l'Estat de Fano, & partie de la Marche d'Ancone:*

V R-	ARIMINVM Colonia: hodie Rimini; ubi fax prima bellici ciuilis exarsit, sic dictum à propinquo fluuiio. A Plutarcho in Cæsare vocatur magna Galliæ urbs, & inter 18. colonias à Triumuiris, militibus destinata est.
B E S	Pisaurum, seu Pisaurus Colo. Pesaro; nomen habet à præterluente fluuiio, dictaque Col. Iulia felix.
M A-	Fanum Fortunæ: Fano, & Ἀπλῶς Fanum, Procopio Fanus; incolæ Fanestræ, unde postea ab Augusto dicta Colo. Iulia Fanestræ.
R I T I -	SENA GALICA, & Senogallia Colonia: nunc Senegaglia, & Sinigaglia dicitur; est apud Liuum simpliciter Sena. Nomen habet à Senonibus Gallis eius conditoribus, incolæ Senenses, & Senogallenses. De errore Melæ eam locantis ad Aternum Fl. vide Cluverium.
M Æ.	CAMERINV M Col. Camerino; Camarinum Cæsari, Cameria Appiano; cuius incolas suos ciues appellat Cato.
V R-	CAMERINV M Col. Camerino; Camarinum Cæsari, Cameria Appiano; cuius incolas suos ciues appellat Cato.